



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Monstra esse justitiæ diuinæ monumenta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

CAPVT LIII.

*Secunda moralis Monstrorum causa, ut sint pœna hominum, ob scelera plectendorum. Et qui, aut cur aliqua capitis parte, aut toto capite monstroso nati sint?*

**M**onstrum officeret, ut Monstra sint, si signa sunt, nunc etiam saepe sunt supplicia. Neque enim tantum per illa monet, sed etiam plectit Deus vel ipsos monstrosos, vel parentes, vel magistratus, aut etiam totam communitatem monstrorum. Et quidem varijs modis, ob varia peccatorum genera, quorum acerbitas diuinam vincit bonitatem, quam facit iustissimè in iram deflectere. Vnde, sicut cetera creaturae sunt potentiae, ita monstra sunt iustitiae monumenta. Et vel Ethnicus author Plotinus scripsit; *ipsam mundi artificem rationem, malis, postquam facta sunt, opportunè admodum uti solere, id autem maxima potestatis est, malis etiam bene uti valere.* Immo monstra ipsa potest esse iubere, quia non sunt mala moris, sed naturae, & quidem naturae particularis duntaxat, ac talia, ut sint quoddam bonum totius vniuersi. Bonum enim est Vniuersi, ut in eo iustitia locum habeat, sine qua omnia susque deque verterentur. Quod quoniam, praeter Plotinum, etiam alij, apud gentes agnouerunt, factum est, ut Poetae quoque ipsi tot fingerent monstra, in quae homines pœna dignos, vel ob alios plectendos, mutatos cecinerunt. Hinc Actæon in ceruum, Iphigenia in ceruam, Scylla, Aglauros, Daphnis, Anaxarate, Niobe, Aconteus, Atlas, Lycas, Olenus, Præctus, in Saxa; Lycaon in lupum, Achelous in taurum, Æsacus in mergum, Antigone in ciconiam, Atalanta in leonem; Arachne in araneam, Alcithoë in vespertilionem, Diana in felem, Cadmus in anguem, alijque in alias formas monstruosissima metamorphosi feruntur conuersi. Ita enim vnius curiositas, alterius crudelitas, tertij impietas, & alia crimina aliorum castigata significabantur.

Quod isti carminibus suis expresserunt, alteri in somno est demonstratum, teste Cedreno, cuius hæc sunt. *Antequam tempore Michaëlis Paphlagonis Imp. calamitates multis prodigijs*

AAAA

signifi-

L.

Plotin. lib. 3.  
cnn. 2, 6, 18.

M.